

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Geschichte der Benediktinerabtei St. Peter auf dem  
Schwarzwald**

**Mayer, Julius**

**Freiburg i. Br. [u.a.], 1893**

6. Professio Fr. Conradi Blaz

**urn:nbn:de:bsz:31-32155**

Actum et datum Anno recuperatae Salutis 1584. Die vero primo Mensis Maii, qui erat SS. Philippi et Iacobi Apostolorum sacer.

† †

6.

**Professio Fr. Conradi Blaz**

26. Ian. 1597.

Ego Frater Conradus Blaz, oriundus ex Vrach; offerens trado meipsum huic Monasterio Sancti Petri Apostoli in Nigra sylva, et promitto Reverendo Domino Gallo eiusdem Monasterii *Praelato*, *ipsiusque Successoribus canonice intrantibus, obedientiam et reverentiam debitam, secundum regulam canonicam Sanctissimi Patris nostri Benedicti.* Promitto etiam coram Deo et omnibus Sanctis, eidem Abbatи et Conventui eiusdem Monasterii praesenti et futuro: stabilitatem, morum meorum emendationem in hoc loco, *et renuntio propriis, atque me perpetuam servaturum castitatem et continentiam, in quantum humana fragilitas permiserit.* Amen.

Ad eiusdem voti mei maiorem evidentiam et fidem, hanc meam propria manu scriptam Professionem, et *Signo sanctae † subsignatam, Deo et omnibus Sanctis eius offero dedicoque.* Actum et Datum anno virginiei partus Millesimo Quingentesimo Nonagesimo septimo. Die vero vigesimo sexto mensis Ianuarii.

†

7.

**Professio Fr. Georgii Buogman**

30. Sept. 1601.

Ego F. Georgius Buogman e Sancto Blasio, offerens trado meipsum Monasterio Sancti Petri in nigra Sylva, et promitto eiusdem Monasterii *Praelato, suisque Successoribus legitime intrantibus, obedientiam et reverentiam debitam secundum regulam canonicam Sancti Patris Benedicti.* Promitto etiam Sibi, et conventui eiusdem monasterii praesenti: me perpetuam servaturum continentiam: quantum humana fragilitas permiserit: atque stabilitatem in loco, et morum emendationem, et renuntio propriis.

†

Ad eiusdem voti mei maiorem evidentiam et fidem, hanc meam professionem propria manu scriptam, et *Signo sanctae † signatam Deo et omnibus Sanctis eius offero dedicoque.*

Anno post Christum natum 1601, ultimo Septembribus.